Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

AD ROMA

ita ut sint inexcusabiles quia
cum cognouissent deum non sicut
deum glorificauerunt aut gratias
egerunt sed euanuerunt in co
gitationibus suis et obscuratum
est insipiens cor eorum. Dicen
tes enim se esse sapientes stulti
facti sunt et mutauerunt glo
riam ~~suam~~ incorruptibilis dei
in similitudinem ymaginis cor
ruptibilis hominis et uolucrum et
quadrupedum et serpentium.
propter tradidit illos deus in de
sideria cordis eorum in immundi
cia ut contumelias afficiant cor
pora sua in semetipsis qui contra
mutauerunt ueritatem dei in men
dacium et coluerunt et seruierunt
creature potius quam creatori
qui est benedictus in secula amen.
Propter hoc tradidit illos deus in pas
siones ignominie. Nam femine
eorum immutauerunt naturalem
usum in eum usum qui est con
naturalis. Similiter autem mas
culi relicto naturali usu feminae
exarserunt in desiderio suo in
invicem masculi in masculos
turpitudinem operantes et mere
dem quam oportuit errores sui
in semetipsis recipientes. Et sic
non probauerunt deum habere
in notitia tradidit illos deus in
reprobum sensum ut faciant ea
que non conueniunt repletos
omni iniquitate et malicia for
nicatione auaricia nequitia
plenos. Invidia homicidio et
contentione dolo malignitate susur
rones detractores deo odibiles contu
meliosos superbos elatos inuentio
res malorum parentibus non obedi
entes insipientes incompositos sine
affectione absque federe sine misericor
dia. Qui cum iusticiam dei cognouis
sent non intellexerunt quoniam qui
qui talia agunt digni sunt morte non
solum qui faciunt ea sed etiam qui con
sentiunt facientibus. II
Propter quod inexcusabilis es
o homo omnis qui iudicas.
In quo enim iudicas alterum
te ipsum condemnas eadem enim agis
que iudicas. Scimus enim quoniam
iudicium dei est secundum ueritatem in
eos qui talia agunt. Existimas o ho
hoc qui iudicas eos qui talia agunt et
facis ea quia tu effugies iudicium dei
an diuitias bonitatis eius et patientie
et longanimitatis contemnis. Ignio
ras quoniam benignitas dei ad pen
tentiam te inducit. Secundum dure
tiam autem tuam et cor impenitens thesau
rizas tibi iram in die ire et reuelatio
nis iusti iudicii dei qui reddet unicuique
secundum opera eius. His quidem qui
sunt secundum patientiam boni opis
gloriam et honorem et incorruptionem
querentibus uitam eternam. His autem
qui ex contentione sunt et qui non acquies
cunt ueritati credunt autem iniquitati
ira et indignatio tribulatio et angustia
in omnem animam hominis operantis
malum iudei primum et greci. Gloria
autem et honor et pax omni operanti bonum
iudeo primum et greco. Non est enim personar